



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd Imperator Theodotius Pauli Constantinopolitani Episcopi corpus
magno cum honore ab exilio reportauit, quo tempore Meletius
Antiochenus Episcopus ab hac vita migrauerat. Cap. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

SOCRAT. HISTOR.

scilicet Episcopus Laodiceæ, & Diodorus Tarfi obtinent: honoris prærogatiua ecclesiæ Antiochenæ referuata, quam Meletio tum præsentī tribuerunt. Itemq; statuerunt, vti si vsus postularet, res, cuiusque prouinciæ concilium prouinciale dispensaret. His etiam Imperator suffragatus est. Istud itaque concilium talem exitum est consecutum.

Quòd Imperator Theodotius Pauli Constantinopolitani Episcopi corpus magno cum honore ab exilio reportauit, quo tempore Meletius Antiochenus Episcopus ab hac vita migrauerat.

CAP. IX.

PER id temporis corpus Pauli Episcopi (quem Philip-
pus præfectus Imperatorius propter Macedonium, vti
supra commemorauī, in exilium eiecit, Cucufsiq; quæ
est vrbis Armeniæ, strangulandum curauit) Imperator An-
cyræ Constantinopolim transtulit: ibiq; cum magno ho-
nore & reuerentia excipiens, in ecclesia, quæ eius nomine
nuncupata est, reposuit: quam Ecclesiam antea quidem Ma-
cedoniani ab Arianis segregati, tenuerant: sed tum tamē ab
Imperatore propterea expulsi erant, quòd eius fidem ample-
xari recusauerant. Eodem tēpore Meletius Episcopus An-
tiochiæ, in morbum delapsus, decessit de vita. Quo quidē
tempore Gregorius frater Basilij funebrem orationem in
eius mortem recitauit. Corpus autem Meletij eius neces-
sarij Antiochiam transportarunt. Rursus qui Meletio erāt
addicti, à Paulino gubernari noluerunt, sed in locum Me-
letij Flavianum sufficere constituerunt. Vnde populus de
integro disfidere cœpit. Et propterea ecclesia Antiochena
denuò non propter fidem, sed propter Episcoporum dele-
ctum diuisa fuit.

*Quòd Imperator cum eodem tempore quo filius eius
Archadius Augustus declaratus est, omnium secta-
rum concilium indici præceperat, solis Nouatianis,
vt qui fidei Consubstantialis astipulabantur, intra
ciuitatem conuentus agere permisit, reliqui autem
hæretici abigebantur.*

CAP. X.

Itemq;